Disputatio medica inauguralis de palpitatione cordis ... / subjicit Johannes Christophorus Ayrerus à Rossthal ... Ad diem 10. Maji, A. M DC LXXIIX.

#### Contributors

Ayrer, Johann Christoph, active 1677-1678. Universität Altdorf.

#### **Publication/Creation**

Altdorffii : Literis Henrici Meyeri, [1678]

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/f5wqntp8

#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

DISPVTATIO MEDICA INAVGVRALIS PALPITATIONE CORDIS, Quam FAVENTE SVMMO NVMINE, Authoritate & Decreto NOBILISSIMÆ ET GRATIOSISSIMÆ FACVLTATIS MEDICÆ, INCLVTA NORICORVM VNIVERSITATE ALTDORFFINA, Pro Summis in Arte Medica honoribus ac privilegiis Doctoralibus ritè legitimeq; capeffendis, Publica ac placida Philiatrorum disquisitioni *[ubjicit* OHANNES CHRISTOPHORVS AYRERVS à Rosthal/ Onoldo-Francus. Ad diem 10. Maji, A. M DC LXXIIX. ALTDORFFI, Literis HENRICI MEYERI, Vniverf. Typographi.

# SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO. DOMINO JOHANN FRIDERICO,

MARCHIONI BRANDEN BVRG. MAGDEBVRG. BORVSSORVN STETINENSIVM, POMERANORVM, CASS BIORVM, VENEDORVM ET IN SILESIA CROSNENSIVM AC JEGERN-DORFENSIVM

DVCI, BVRGGRAVIONORIMBERC PRINCIPI HALBERSTADENS. MINDENS. ET CAMIN.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO. Vitam & Felicitatem.!

I deres HEARIGWALEREN / WYOL I

## SERENISSIME AC CELSISSIME PRINCEPS,

Domine Clementissime



Rimipotentem Corporis partem, qvæ ex naturæ prescripto fasces sceptraqve tenere debet, Cor vuxis méison, AVGVSTO CELSITVDINIS TVÆ

vultui dum subjicio, Diogenis sive Heracliti illa acclamantis vox, & hic DEOS effe, audaciæ meæ veniam pollicetur. Sanè enim si mirandam Cordis fabricam intueamur, fivalvularum positum & vascuorum ostia spectemus, qvæ purpureum nodò admittunt modò exprimunt otrum, Deum ibidem opificem sapientisimum optimum prudentissimumqve cognoscemus. Demittes igitur, SERENIS-SIME PRINCEPS, oculos à fublimioru erum majestate ad Cor, calamo hocce de-

delineatum, qvod licet in falutari vigore constitutum, nec imperio nec robore ulli cedat, postqvam tamen à diuturnis morbofi hoftis infultibus vehementiffimè concussum est, nunc eheu languet terrorisque plenas patitur palpitationes ac nonnisi unicuin benignissimo CELSI-TVDINIS TVÆ afpectu refugium novit, qvò & ab imminente interitu se vindicare, priscasą; resumere vires queat Necvero, AVGVSTISSIMEPATRIÆ PATER, hanc subjectifimi clientis victimam renues, sed quam GLORIOSIS-SIMÆ MEMORÍÆ PRINCEPS SE-RENISSIMVS PARENS TVVS quondamGenitorimeo Archiatro & Confiliario suo exhibuerat clementiam, eanden etiam mihi nato indulgebis. DEVS TH fervet COR PATRIÆ!

SERENISS. CELSITVD. T.

bumillimus Servus Joh. Christoph. Ayrerv à Roßthal/ Med. Ddus.

36:] I. [:36

2 2 2 2 2 2 2 2 2 2 2 2 2 2 2 2 2

## S. S. A. T. DE PALPITATIONE CORDIS.

## THES. I.



Or angémais illa euquanto tametsi docente Philosopho lib. 3. de Part. Animal. cap. 4. & lib. 4. cap. 2. nullum patiatur vitium grave, molestis ta-

men subinde, imo periculosis tentatur afflictionibus, quas inter non postremum locum occupat Palpitatio Cordis, ut proin ea dignam mihi visa fuerit præbere tractationem, in Dissertatione hac Inaugurali Medicâ proponendam.

## II.

Cùm verò ex recepta loqvendi confvetudine rectum sit norma obliqvi, & clarioris doctrinæ gratia naturalis hujus vel illius partis dispositio ac structura priùs exponi soleat, quàm ejusdem vitia præternaturalia, anažiay, & aberratio-A 3

nes

nes morbificæ declarentur, eundem qvoq; ordinem ego hâc vice obfervaturus, naturalem Cordis constitutionem præmittam, ut exinde facilius de morbificâ hujus inconstantiâ judicium ferri possit.

## III.

Et primùm qvidem circà Etymologiam vocis Cor nonnulla præfanda effent, verùm cum id jam egerint viri de re Medicâ fummè meriti, ad eosdem curiofum lectorem remitto, interim afferens cum celeberrimo Thom. Barthol. Anatom. qvartùm renovat. lib. 2. cap. 6. Cor à currendo ob motum qvibusdam dictum forfan à Græcorum vocabulo xñe descendisse.

IV.

Græcis tamen ulitate Cor raedia appellatur, ubi limul Homonymia apud eosdem occurrens indicanda est, scil. per raediar non solum cor ipsum, sed & orificium ventriculi sinistrum sæpe intelligi, doloresq; ibi subortos raediadyias & raediayuss secundum usum loqvendi Medicum nominari.

His die és magédes prælibatis ad intimiorem cordis declarationem progredior: Hîc verò statim miramirari fubit fingularem naturæ providentiam, dum viscus hoc fabricâ admirandum, qvod animæ arcem Nobiliss & Excellentiss. DN. D. MAV-RICIVS HOFFMANNVS, Sereniss. Electoris & Marchionum Brandenburgensium, ac Reip. Norimb. Archiater felicissimus, Professor Publ. celeberrimus, & Facultatis sua Senior, Dominus Patronus atq, Praceptor meus filiali observantiâ at atem colendus, in Disput. de Palpitat. Cordis insignivit, non solùm ambienti Thoracis munimento inclusit, sed & peculiari obduxit velamento membranaceo, ne tam facilè ejus custodia externis pateret injuriis.

## VI.

Qvemadmodum enim Principes ministrorum custodiâ hostium imminentem vim à se arcent, ita hæc solidarum partium princeps, qvod elogium ipsi concedi posse eruditè probat Nobiliss. Experientiss. & Excellentissimus DN. JAcobvs PANCRATIVS BRVNO, Phil. & Med. Doctor, hujusq, Prof. Publ. Celeberrimus, Gratiosissima Facultatis h.t. Decanus Spectatissimus, Dominus Patronus atq, Promotor studiorum meorum aternum devenerandus, Dogmat. Medic. part.1. ·38:] 4. [:36

part. 1. cap. 2. ab externarum injuriarum imminente periculo munienda fuit. VII.

Velamentum verò illud membranaceum, cujus modò meminimus, Pericardium est, Cordis figuræ ac situi respondens, sed laxiori ambitu illud amplectens, ut spatium perpetuo mobili necessarium suppeditaretur. Arteriis Venissi; pertexitur quam plurimis, & humore contento lymphatico vel cordis à calore sanguinis aliàs duriores fibras blandè emollit, vel ipsum cruoris æstum moderatè attemperat atque coercet.

## IIX.

Prætered Pinguedo ad cordis basin, ubi exortus habetur ac propagatio fibrarum, strequentissime adnascitur, in tanta aliquando copia adesse visa, ut minus peritis Anatomicis imposuerit cor defecisse : Hac decepti aruspices immolante C. Cæsare in tauri opimi extis Cor abfuisse inepte crediderunt.

## Figura cordis coni similitudinem referens proptereà in basin & apicem distinguitur; basin

IX.

### Se:] 1. [:38

fin Cordis appellamus partem ampliorem, qvam copia infignisq; magnitudo Vaforum Coringredientium postulabant; ubi verò fibræ cordis carnosæ spirali slexu contortæ sibi mutuò implicantur, in turbinatum vorticem coeuntes Apicem dictum constituunt.

X.

Substantia Cordis carnoso-fibrosa manifeste apparet, si sensatæ sidei testimonium consulamus, ut jure merito musculis illa accenseri debeat. Fibrarum verò illarum geminatus ordo est, alter exteriorum, interiorum alter : Exteriores à sinistro Cordis latere versus dextrum porrecta ad basin ejus terminantur : interna ductu plane opposito feruntur; emergunt enim undiquaq à dextro Cordis latere, unde oblique versus sinistrum late & utrumg, cordis ventriculum complexe ad basin sinistri lateris assurgunt; Singulas Richardus Louverus in Tra-Etatu de Corde cap. 1. p. m. 27. & seq. eleganter descripsit; mihi verò easdem artificiosè præparatas demonstravit Nobilis (. Experientis (. & Excellentis (. DN. JOHANNES MAVRICIVS HOFF-MANN, Phil. & Med. D. hujusq. P.P. meritis simus Doctor Ductorg, meus at at im devener andus. XI. Ex-B

## ₩:]6.[:₩ X1.

Exindè clariffimè elucefcit,fibras externæ & internæ cordis fuperficiei contrario prorfus modo ferri, oppofitosq; fibi motus perficere, verùm ita, ut dum Cordis parietes in diverfa conftringunt, utrosq; fimul in arctius & angustius spatium contrahant. Id ipfum exemplo vulgaris crumenæ filo duplicato constrictorio præditæ illustrare licet, dum enim alterum filum à manu finistrâ versus dextram, alterum verò à manu dextrâ versus finistram ducitur, utrumq; latus crumenæ propius ad se accedit & constringitur.

## XII.

Musculis proin accensendum esse Cor paulò antè innui, qvæ sententia ne novitate sorsan alicui sus fuspecta videatur, en Medicinæ Dictatoris Hippocratis idem asserntis verba lib. de Corde IV. Kaedin püs isi nade i gueds s' të verbe , a'kà mhipalh sapris: Cor musculus est valide fortis non nervo, sed densitate ac constrictione Carnis: Sunt qvidem nonnulli, qvi objiciunt Cor ex musculorum numero eximendum, proptered qvod non moveatur liberè: Enimverò ipsimet attendant, qvid per m liberè moveri intelligant, non seculorum numero eximendum, proptered qvod

### ·38:] 7. [:38

fecus enim ac alii musculi ab influxu spirituum fibræ cordis ad motum excitantur: sed qvod Cor moveatur perpetuo, non item alii musculi, hoc naturali ordini & sangvinis dispensandi necessitati summæ imputandum est. Sic nec aliud qvoddam illorum argumentum vim habet, dum concludunt, qvia Cor extractum diu substilit seq; movet, ideo musculus definiri neqvit? Nulla certe consequentia, cum id fibrarum robori & reliqviis spirituum elasticorum intra carnes hærentium omnino adscribi debeat.

## XIII.

Sed progredior ad Cordis structuram particularem explicandam. Ubi primum Auriculæ occurrunt binæ, dextra altera, altera sinistra, ita à qvalicunq; figuræ similitudine, qvod cordi adnatæ sint, sicuti capiti animalis aures, denominatæ: quamvis & ab officio Hauriculæ dici possint, quia Sangvinem qvasi hauriunt. Magnitudine dextra sinistram antecedit in adultis; ècontra in sætu & infantibus sinistra dextram. Ambæ circa basin cordi adhærent & nervos ab octavi vel setti juxta veteres paris surculis, priusqvàm Cor attingant, sortiuntur, sibrisq; carnosis robustis gaudent, qvò & contractionem & B 2 rela-

### 응:] 8. [: 응답

relaxationem admittere, fangvinemq; ventriculis admetiri queant. Sunt enim veluti diverticula fangvinem ventriculis veluti menfuris admetiendo præcaventia, ne fubitâ illius irruptione fuffocemus.


## XIV. Auriculis respondent Ventriculi, qvorum ter semicirculari figurâ instar Lunæ crescen-

dexter femicirculari figurâ instar Lunæ crescentis conspicuus capacitatem ampliorem obtinet, qvoniam insignem Sangvinis copiam ex Oceano admittere debet; parietes verò ejus tenuiores sunt, qvia sangvinem ad vicinos tantùm pulmonas amandare jussi est: Sinister ventriculus rotundam fermè exhibet cavitatem, sed angustiorém dextro, parietes interim ejus columnis carneis qvamplurimis munitæ robustiores efformatæ sunt, qvò Sangvinem ad dissitas corporis provincias transfundere qveant.

Inter binos istos ventriculos substantia incedit carnosa firmissima Septum cordis intermedium appellari solita, per qvod Sangvinem ab uno ventriculo ad alterum, renuente licet sensum testimonio, transfundi antiquitas credidit.

XV.

XVI. Cœ-



Cœterùm ficut externa cordis facies lævis & æqvalis eft, propter commodiorem motum; ita interni ejus parietes inæqvales maximè funt, in diverfa interstitia forobiculos & fulcos excavati; fibrisq; carneis hinc inde porrectis intertexti; eâ tamen differentiâ admissâ, ut in finistro ventriculo præ dextro tum profundiores fulci excavati, tum fibræ firmiores habeantur: Sulci verò isti, præterqvam qvod spiritibus diverticula præbeant, etiam motui locum accommodant, qvando ventriculi in ambitum tàm arctè contrahuntur.

## XVII.

Vafa cordis qvod attinet, inter ea primò occurrunt Coronaria dicta, qvoniam bafin Cordis distributis furculis instar Coronæ cingunt, & Arteria qvidem Coronaria fangvinem ad Cordis parenchyma afferens ab Aortâ propagatur, statim ubi illa à finistro cordis ventriculo enafcitur, anteqvam è Pericardio excidat: Vena verò Coronaria à trunco venæ cavæ prodit, paulò antè illius in ventriculum dextrum ingressium; infervitq; reducendo fangvini ad venæ cavæ truncum, qvi anteà per arteriam Synonymam assertationes attanto a statistica de statistica

## :#:] 10. [: 設計 XVIII.

Adsunt pariter Nervuli ac Fibræ nerveæ à sexto (juxtà Willif. octavo ) nervorum pari dimissi, qui omnes inter Arteriam pulmonalem & Arteriam magnam intercedentes, illas etiam varie amplectuntur & quasi circumligant, dehinc in auriculas varias propagines amandant, tandemq; in cordis substantia varie explicantur, & in corde vituli, aut recens nati cujuspiam animalis per totam extimam superficiem manifestius apparent. Legantur de his Thom. Willis. Anatom. Cerebr. cap. 24. Pharmaceut. Rational. Part. I. Sect. VI. cap. 3. p.m. 338. Richardus Louver. Tr. de Corde. cap. I. Nathan. Highmor. Corpor.human.disquisit. Anatom.lib.2. Part.2. cap. 3. Nervorum verò prædictorum usus videtur esse, ut motuum instinctus suggerant, & ad spirituum dispendia refarcienda symbolum suum conferant,

## XIX.

Porrò circà bafin Cordis ventriculi per ampla vafa accipiunt & dimittunt Sangvinem.: Scil. Dexter ventriculus ex auricula dextra per venam cavam magno & patenti ore fe in illum exonerantem fangvinem fufcipit, mox per Arteriam

### 

teriam pulmonalem, antiquis Venam arteriofam appellatam, ad pulmones eundem demittit. Sinister ventriculus sangvinem ex pulmonibus suscipit per venam Pulmonalem, antiquitus Arteriam venosam dictam, orificio hiante illum deferentem, eundem pariter mox per Arteriam magnam vel Aortam dimittit.

## tent, nerellatin .XX cordisad pulmonet.

Ubi I. id notandum, qvod superius jam laudatus Excellentiff. DN. D. HOFFMANNVS Senior sapius declaravit, quemadmodumin Ventriculodextro vas importans amplius, exportans minus, ita in sinistro vice versa importans vas minus & exportans vas amplius existere. II. Vasa prædicta, ut sanguis contentus decentem ordinariumq; cursum servaret, Valvulis munita esse; qvæ nihil aliud sunt, qvam expansiones membranaceæ certo qvodam positu ac figurâ productæ. Harum tres ad radicem venæ cavæ sitæ & foris intrò spectantes Tricuspides ob similitudinem vocatæSangvini in Systole Cordis obicem ponunt, ne per eandem, qvam venerat, viam regurgitet, sedper arteriam pulmonalem in pulmones abeat; ne autem is expulsus in pulmones reflueret ad dextrum ventriculum, adeà-Distan

### 36:] 12. [:36

adeòq; vanus cordis labor ac irritus conatus esfet, valvulæ Arteriæ pulmonalis tres Semicirculares vel figmoideæ ab intus foràs hiantes impediunt. Eodem modo fe res habet in ventriculo finistro, nam & venæ pulmonalis orificium binis valvulis Mitralibus foris introspectantibus munitur, qvos regurgitanti sangvini obstaculo funt, ne refluat in systole cordis ad pulmones, sed per aortam in universum corpus diffundatur, qva etiam fini tres Semilunares hujus orificio valvulæ ab intus foras hiantes appositæ sunt, ne ad partes propulsus fangvis per Aortam ad Cor recurrere aut regurgitando irruere possit. XXI.

Motui verò huic Sangvinis Cordis motus ancillatur: dum hoc in fystole tàm auriculis propius adductis ad basin, qvàm intermedio septo applicatis ventriculis apiceq; versus basin coarctato constringitur, in diastole verò rursus relaxatur, tàm secundum auriculas, qvàm secundum ventriculos, ita qvidem ut Corde se mavente adsint qvatuor motus, loco non tempore distincti: nam dum ventriculi constringuntur & dexter sangvinem ad Arteriam pulmonalem, sinister ad Aortam expellit: simul auriculæ

### · 36:] 13. [:36

culæ relaxantur, novamq; sangvinis portionem è venis admittunt, dextra qvidem è cavâ, sinistra è pulmonali vena: qvæ omnia egregiè declaravit & solidissim probavit Excellentiss. DN. D. HOFFMANNVS Senior, in Disput. de Motu Cordis & Cerebri, & Prudent. Med. Disput. IV.

## in an on IXX incomeration and

Motu igitur Cordis vifo, nunc qvomodo perficiatur iste, inqvirendum restat : Cùm Cor sit musculus, nullum est dubium, fibras ejus carneas motrices esse, dum illæ à spirituum tàm advenientium, qu'am intus hospitantium turgescentia repletæ in latitudine distenduntur, simulq; abbreviantur, qvam abbreviationem necessariò vel auricularum vel ventriculorum coarctatio, tum apicis cordis elevatio & sangvinis protrusio sequentur. Dixi, spiritus tàm advenientes qu'am intus hospitantes ad motum Cordis concurrere, ubi per priores spirituum animalium copias instinctum ad motum deferentes, per posteriores sangvinis spirituosi particulas refiduas intrà fibras carnofas hærentes innuo. Et hæc de statu Cordis naturali satis di-Eta sunto.

XXVI. Cam

XXIII. Qvi-

## \*\*\*:] 14 [: 38 XXIII.

Qvibus præmiss nunc præternaturalis Cordis status in ejus Palpitatione speciatim considerandus erit. Græcis molestus ille affectus maxuds tils xagdias dicitur, dor til milder vel milden, qvod est titubare, subsaltare, palpitare.


XXIV.

Definio autem Palpitationem Cordis, quod fit motus praternaturalis Cordis depravatus, proveniens à sangvine vaporoso, eog, vel calidiori & bilioso, vel frigidiori & pituitoso, vel fibris spasmodice contractis, utrisq, naturalem Cordis systolen impedientibus.

XXV.

Ex allata definitione primò morbi propoliti fubjectum elucefcit, qvod est Cor, qvatenus est pars Organica, ratione Cavitatum seu Ventriculorum, qvorum motus causis posthac explicandis depravatur. Proin palpitatio Cordis inter symptomata primæ classis referri debet, est enim actio læsa depravata vitalis, docente suprà laudato Excellentissimo DN. D. BRVNONE Dogmat. Medic. pag. 277. Morbus verò adest Intemperiei cum materia, vel etiam ratione fibrarum solutio continui fiens.

XXVI. Cau-



Causas qvod attinet nunc indagandas, hæ distingvuntur in immediatam seu proximam, & mediatas, sive remotiores. Ut igitur methodicè in hisce progrediamur, Causa proxima primo proponenda, qvæ primario mali author æstimari debet : Nulla autem alia certior haberi poteft, quam Sangvis vaporofus ventriculorum fibras ita dilatans & distendens, ut illæ non possint perfectam absolvere systolen, & se ab infarctuillo liberare, sed per iteratas palpitationes langvinem exprimere cogantur: Qvamvis & in qvibusdam casibus cause proxime rationem obtineat succus nervolus fibras nerveas, arteriarum è corde egredientium canales cingentes, irritando, vellicando, ut hæ constringantur, qvò minus sangvis Cordis imperium subsequi & in motu libere pergere possit, sed cum impetu qvodam exilire cogatur, totamq; Cordis compagem valde concutiat. Willif. tertiam addit causam, nempè obstructionem ventriculorum Cordis aut Vasorum pulmonalium arteriosorum à cruore intrà ista concreto, ut venticuli se non perfecté constringant, sangvisq; egressurus è corde spatium in pulmonibus non

m-

inveniens, Vala Cordis cum violentia distendendo Cor ipsum qvatiat.

## XXVII.

Causa proxima declarata Antecedentes exponendæ veniunt : Hæ verdfunt sangvis & humores in corpore crasfi pituitofi, lenti, viscidi, vaporibus commodam præbentes materiam, cruditatum & obstructionum variarum fœcundæ matres:Hincest, qvod virgines chlorofilaborantes, viri cachectici, itemq; mulieres hoc malum sæpiùs experiantur. Econtrà aliquando sangvis bile sale volatili turgente abundans calidior, rarefactus in corde, vaporosam induit naturam. Succus deniq; nervolus acrior vitriolaceus nervos ad contractionem spasmodicam invitans cause antecedentis rationem habet, ubi fibræ nerveæ sangvinis per arterias motum impediendo, modo in Thes. antecedente dicto, impetu qvodam exilire cogatur, totarinasig

## dis compagen va KHXX ist. Will' tertiain

Causis antecedentibus succedunt Procatar-Aicæ, latentem corporis dispositionem in actum producentes. Inter illas autem 1. se offert Aër, qvi flammam nostram varie alterare potest; Si primo vel caliditate, vel frigiditate, vel siccitate,

vel

### Se:] 17. [:36

velhumiditate excesserit, nam sangvinem nostrum inflammabit, refrigerabit, denfabit, incrassabit, atq; flatulentum reddet. Dein si impuritate peccaverit uti, maxime tempore autumnali, nam illæ impuritates inspiratæ sangvini communicantur, communicatæ in locis destinatis non facile sequestrantur, hinc sangvinem occupantes fluxum ejus impediunt, hacq; ratione Cordis Ventriculos afficiunt.

### XXIX.

Cibum qvoq; calculum suum addere nullus hujus rei gnarus inficias ibit. Siqvidem hic morbus maxime ab humoribus vaporosis proficifcitur. Si igitur cibi fuerint vaporofi flatulenti, maximè materiam peccantem augebunt, & fic reddent chylum vaporosum, ex chylo verò vaporolo sangvis vaporofus orietur, & ex hoc fangvine vaporofo morbus promanabit.

## XXX.

In Potu nocent aqvæ vitiofæ stagnantes, flatulentæ, graves, & qvæ ex fontibus in locis abstrusis radiisq; solaribus inaccessis scaturiunt, sive ex bibantur, sive ad ciborum cocturam usurpentur. Similiter & vina multo sulphure corrupta, ut & cerevisia tenuis, turbida, flatulenta

### SE:] 18. [:38

lenta ex aqvis stagnantibus cocta, pauco lupulo condita, flatulentiam enim auget & vitiosum sanguinem procreat.

## XXXI.

Somnus fi modum excefferit, malus. Nam fi immoderatus fuerit, flatulentos in corpore auget vapores, dum flammam vitalem langvidam reddit,& hinc etiam nimis imbecillem,qvò minus moleftos illos vapores à fuo pabulo amovere poffit, fed. fangvini communicatos etiam cordi offerat.

## Ins Massing TIXXX Signifem Inc

Intemperatæ Vigiliæ & lucubrationes, fermenti calorem à ciborum coctione avocando fermentationem impediunt, & fic cibi asfumti vaporofi fiunt nec coqvuntur, fed hifce portionibus vaporofis & vitiofis adhuc abundantes fangvini commilcentur & hujus mali auctores fiunt.

## In Pott of XXXIII. on unof al

Exercitia nimia præsertim post cibum statim instituta codem modo peccant, dum naturam in coqvendis assumtis allaborantem impediunt, sicq; portiones vaporosas segregandas chylo admixtas sinunt, inq; venas rapiunt, raptas sangvi-

### 응:] 19. [:응답

ni communicant, communicatis cor implent, calorem infuper minuunt ac vires corporis debilitant.

## XXXIV.

Per nimiam Qvietem & vitam fedentariam vitiofi vapores per cutis poros & alibi non ejecti cumulantur, & cordi cum fangvine communicatæ stagnant, sicq; in idem desæviunt, calor qvoq; nativus labefactatur per accumulationem humorum vaporosorum. Dum igitur modum excedit, corpus iis portionibus, qvæ excerni debuissent, implet, calorem connatum obtundit, vaporesauget, ac in culpa est, qvod fanguis non debitô modô actuetur, qvoniam chylus non recte elaboratur, sed potius indigestus manet.

## XXXV.

Excreta & retenta haud rarò hoc malum fabricant. Peccat autem hîc vitiumExcernendi retenti, qvò pertinent inter alia menftruorum interceptio & hæmorrhoides intermittentes. Idem fit, qvando vapores illi vitiofi frigidi five calidi nec per Emunctorium univerfale, nec per veficam nec per alvum abscedunt, fed retinentur, & retentæ massam fangvineam variis impuritati-

111 2311

### 응음:] 20. [:응음

bus inqvinant ac corrumpunt; Impuritatibus istis verò freqventissime ansam præbet fermentum ventriculi, qvod assuma concoqvere vaporesq; illos per intestina crassa fecernendos separarehaud sufficiens est, propter desectum caloris, qvi absumitur, si exercitia atq; vigiliæ cum lucubrationibus modum excesserint, qvod in thesibus præcedentibus pertractavi, abundeq; declaravi, qvomodo etiam reliqvæ res nonnaturales huc morbificum symbolum suum conferant.

## AXXXVI.

Cum hifce fi non majora, certè tamen paria faciunt Animi Pathemata vehementiora, ut fubita confternatio, curæ mordaces, mæror longus, metus nimius, gaudium infperatum, qvæ calorem partim nimium augendo, partim fpiritus à coctione avocando, partim partes nobiliores portionibus vaporofis replendo, uberem huic malo fufficiunt materiam. Veneris qvoq; nimia veneratio multum fangvinis animati auferens hoc malum auget. Qvin imò apud varios Authores legere qvoq; eft, qvod nonnullis in ipfo actu venereo malum iftud statim fupervenerit, ipfos adeò anxerit, ut nifi fubitô defutisfent, fuffocati fuisfent. XXXVII.

# XXXVII.

Differentias hujus morbi qvod concernit, ex unt variæ, si nimirum vel genus morbificum, vel causas peccantes, vel subjectas partes conideremus. I. Respectu generis alia est exquisita, alia spuria; de ultimâ verò hic loci nobis non ermoest, nec de Tremore cordis, qvi & alias causas agnoscit, ideò etiam inpræsentiarum de llo plura dicere supersedemus. II. Ratione Cauarum peccantium, cause verò peccantes variæ lunt: Vel enim culpa asscribenda est assumtis ad Sangvinem vaporosum generandum aptis, vel n culpa erit vitium excernendi retenti, ubi orimas partes obtinet in mulieribus suppressio nensium, ibi enim Sangvis ille Vaporosus in partibus Corporis retinetur, & sic Cordi offerur, qvi tamen maxime excernendus fuisset. Vel nimius motus corporis peccabit vel animi bathemata, præsertim metus, qvem interdum nelancholici mali causam fuisse & sepiùs palpiationem cordis excitaffe variæ Authorum oblervationes testantur. Ex suprà dictis plura paent, superius enim ubi enumerationem causaum pertractavimus, distinctius de hisce egimus. II. Ratione partis læsæ alia est per idomá 9 en an, qvæ affli-

### Pe:] 22. [: 38

affligit causâ morbificâ in corde ipfo originer fuam trahente, aut ibidem infixâ. Alia per oup me Genau, quando nimirum Cor per Confenium af ficitur, hoc fit, fi fangvis vaporofus ex aliis corporis partibus, ut Capite, Liene, Epate, Utero Pulmonibus per venas ad Cor recurrat, hoc enim omnem Sangvinem ex decreto circulationis ad fe rurfum recipit.

## XXXVIII.

Ad Signa nunc descendendum, & qvidem Diagnostica consulenda primò erunt. Qvæ etsi perse pateant, nec ullis opus esse videatur, cùm malu hoc tàm Medicus cognoscat, qvàm ægrotusipse indicet, nihilominus, ut præsens malum tanquam per speculum clarius perspicere possimus, eadem exactius intue bimur. Signa diagnostica autem iterum variant, alia etenim adsunt in legitima, alia in spuria: In palpitatione legitimâ, aderunt flatus, eructationes, inflationes partium, pulsus flatulenti in palpebris; infuper observari poterunt per intervalla murmura in thorace, dum per bronchiorum canales flatus impelluntur. Si à vapore frigido, pulsus est debilis ob langvidam flammam vitalem, calore naturali destitutam : Si autem peccaverit

### Se:] 23. [:36

vapor calidus, celerior ac freqventior erit, qvia fangvis erit calidior & hinc motus vehementior, aderit qvoqve sæpenumero febris; dein Palpitatio Cordis vera subito oritur, spuria vero tardo incremento affligit; nam illa, qvæ fit per idomificar, oritur à vitioso quodam latente vapore in corde, sanguini sele admiscente, qvæ verò per sympathiam affligit, aliis prius partibus molestiam vaporosam intulisse observabitur.

## XXXIX.

Qvales autem humores vaporosi peccent, an nimirum melancholici, vel pituitofi vel biliosi? de eo facile temperatura ægrotantis & ipsa symptomata nos certiores reddent; peccante enim humore vaporoso melancholico aderunt Symptomata melancholica, ut follicitudo, metus, tristitia & alia : Peccantibus vaporibus frigidis, pituitofis, aderunt pulsus rari, tardi, parvi, frigorissensatio & alia : Excedente humore vaporoso bilioso aderunt anhelitus magni, pullus veloces frequentes, sitis magna & alia.

## XL.

Ordine fic jubente jam signa Prognostica paulum dispiciamus. Hoc malum autem in se effe D 2

1111111

응 ] 24. [:왕문

esse periculosissimum vitamqve ipsam periclitans inde constat, quoniam ipsa pars affecta est nobilior ac symptomata quoq; habet sat vehementia, uti animi deliqvium & alia concomitantia. Veram palpitationem lethalem atqve funestamjudicandam esse haud dubitamus, propter impeditam sangvinis distributionem naturalem: Qvævero persympathiam accidit, eam non adeò metuendam affirmamus. Majorem dein curam postulare fœminas, qvàm viros, cum apud illas corpora inveniantur impuriora & frigidiora, nemo inficias ibit. Qvod fi malum hoc sepius ægrotum excruciaverit, illum sane vita mox privabit. Si autem soluta continuitas quoqve conjuncta fuerit, ægrotum pro desperato habendum suffragio omnium fere Practicorum asserimus. Qvodsi à causa externa incunabula sua trahat, nisimagna sit externæ causæ vehementia, uti veneni & ictus violentia, non desperandum judicamus. Cautelâ tamen Medico semper opus est, ne artis nostræ summæ elogio qvicqvam detrahat ac sibiipsi malè consulat.

Proximum nunc est, ut ad Curationem me conferam, qvæ indicationibus cognitis feliciter insti-

5.8.1

XLI.

### Se:] 21. [:38

instituitur. In accessione igitur si sangvis vaporosus calidus quantitate peccaverit, & abundaverit, ejus imminutio indicatur, ut cor ab infarctuillo pleniori liberetur, consvetasq; systolas perficere possit. Eum in finem V.S. scarificatio aliaq; præsidia Chirurgica sangvinem imminuentia conducunt. Prætereà statim corroborantia & cardiaca sed temperata exhiberi debent, vel simplicia : ut Terra lemnia, C. C. ustum, corall. rubr. margarite preparate, fragmentalapidum pretiosorum, succus Acetosell. Granator. Citri, Aurantiorum acidorum: vel composita, e.g. Rotula ex acido Citri Limonum aut Ribesiorum succo cum saccharo parata, Species Cordial.temperata, Diamargarit. frigida, Man. Christ. perlat. Elect. de gemmis frigidum, Tinctura Coralliorum. Aqua Cordialis Sala Gc. ex quibus varie permistis diversæ formulæ concinnari poterunt.

## XLII.

Qvod fi verò fangvis vaporofus, crudus, lentus, vifcidus, pituitofus minusq; inflammabilis peccet, in acceffione mox calidiora Cardiaca cum attenuantibus maturantibus ac incidentibus medicamentis commixta convenient. Id D 3 pro-

### 왕음:] 26. [: 왕음

propter laudatissima habentur Olea aromatica cum Aqvis appropriatis exhibita. Commendantur qvoq; Spiritus Melissa, Rorismarini, Cochlearia, Syrup. de Cinamamo, de Corticibus Citri, Aurantiorum, Confect. Alkermes, Elect. latificans Gal. &c. Porro non minus juvatinjectio clysteris ex flatus discutientibus parati, illorum enim in ventriculo intestinis ac hypochondriis collectorum maxima habenda estratio, ita ut Forestus lib. 17. observ. 1. palpitationem Cordis ructu ac peditu sepius solutam essettetur. Qvod Topica concernit Carpis, & Cordis regioni applicanda, Theriacam Venetam tanqvam efficacissimum remedium in Maximiliano Imperatore (cui malum hoc familiare erat) expertum, Mercurialis infin. lib. 2. Lect. Practic. cap. 10. laudat. Laz. Riverius Prax. Med. lib. g. cap. 2. sequens præscribit. By. Ungvent. rofati. Olei Cinam. & Caryophyll. aa. gutt. iiij. Moschi Ambra āā. gr. iiij. M. Fiat linimentum, qvo illinatur regio cordis. Poterunt etiam Spec. pro Epithemate cordis cum Aq. Meliff. applicari.

## .III.J.X. nobus ac incident.

Prætereà cum à nobis in superioribus di-Etum Etum sit, palpitationem cordis aliqvando oriri ob nervos arterias ambientes spasmodice contractos sangvinisq; motum è corde liberum impedientes, in isto casu mox medicamenta antepileptica, vel ad alios motus spasmodicos proficua eum cardiacis juncta adhiberi possunt.

## XLIV.

Tandem ingeniofifimus Willifus notavit, palpitationem cordis excitari à concretionibus polypofis intrà cordis finus, vel arterias progigni folitis, in qvâ etiam morbi fpecie medicamenta, ab ipfo propofita, præprimis verò fale volatili prædita utilia cenfemus.

## XLV.

Extrà acceffionem & præfervationis gratiâ, qvid agendum, nunc annectemus. Cùm autem in methodicâ Curatione ad humoris peccantis fluxuram, fluxam, & fluentem portionem refpiciendum fit, fluxa verò & fluens removeri neqveant, nifi demtâ fluxurâ, ab hujus ablatione meritò aufpicamur. Et qvidem fi fangvis calidior vaporofus fuerit inq; corpore abundaverit V. S. inftituimus, vel cucurbitulas & hirudines applicamus, aut fi fluere aliàs folitæ fuerint, hæmorrhoides aperimus.

XLVI. Non

## 発:] 28. [:張 XLVI.

Non minus fluxuram materiam purgantibus lenioribus evacuamus, aut per diaphoretica & diuretica evocamus: ubi tamen notetur, fi Sangvis Vaporofus calidior fuerit, diaphoretica præcipitantia magis fixa, fi verò pituitofus, vifcidus, frigidiorq; is extiterit, hæc volatilia, attenuantia & incidentia potius eligenda effe.

## XLVII.

Fluxurâ humoris peccantis demtâ portione fluentem aggredimur, eandem intercipiendo, aut extrahendo per usum sinapismorum & vesicatoriorum, aut revellendo per Enematum idoneorum iteratam injectionem.

## XLVIII.

Tandem fluxæ occurrimus vel internis vel externis anteà propositis, cùm de Curatione hujus affectûs in ipsa accessione adhiberi solitâ ageremus.

## XLIX.

Intereà dum hæc aguntur, qvò felicius fuccedant, & oblata per ulum præsisiorum medicorum suum effectum consequantur, nec malum repullulascat, Diætain legitimo R.R. N.N. usu

### 응음:] 29. [:응음\*

usu consistens accurate observanda erit, causa peccanti contraria, ne Medicus, semper suppeditata causa peccante, inanem ludat operam.

Contis anuliffe multi reflancar

Aër itaqve eligatur purus, nitidus, nullis inqvinamentis& nebulofis falfisq; exhalationibus inqvinatus. Si verò fuerit vitiofus, arte corrigatur. Peccante frigore erit calefaciendus, e.g. fumo foliorum Lauri, Juniperi, Cupreffi, Ligni Aloes. Excedente calore erit refrigerandus, modum autem nec calore nec frigore excedat, fed fit temperatus, alteratus cordialibus compofitis, prout morbi ratio id poftulaverit.

LI.

Poft Aërem Cibi Potûsq; ratio habenda; Si igitur humores vaporofi frigidi abundaverint, cibi aromatibus conditi cordialibus, facilis coctionis boniqve fucci laudantur, uti funt Carnes pullorum gallinaceorum, vitulorum, qvæ tamen elixæ præ affis commendantur. Fugiantur cibi flatulenti craffi, vifcidi: Si verò humor ille vaporofus calidior fuerit, conveniunt jufcula herbis refrigerantibus alterata, brodia longa Italis dicta, ut & Lac Capræ herbis refrigerantibus nutritæ.

E

LII. Pro

# pfa confifters accura.III ervanda ent, caufe

Pro Potu ordinario præscribendum vinum tenue odoratum, aqvå convenienti dilutum. Eo utatur in cœnâ & prandio qvantitate dimidii Canthari : Nam id maximum levamen in palpitatione Cordis attulisse multi testantur Practici. Qvod si ægrotus vini usum tolerare non poterit, bibat potum cordialem ex corticibus Citri, Aurantiorum Cinamomo &c. paratum.

### Si vero.III. vinoine a

2013STHV6016

Lit temperatus.

51.100.2010DD

Cor.

Nec Somnus & Vigiliæ, ut & lucubrationes modum excedant. Ille enimSpiritus torpidos atque fic ad actiones debitas inhabiles reddit; Hæ verò portiones spirituosas in massa sangvinea nimis absumunt, ficq; sangvinem vappescentem quasi, lentumque ac viscidum relinquent.

## LIV.

Motus & Qvies ita alternis vicibus instituenda, qvò miminus Spiritus vitales deprimere aut impedire qveant.

### LV.

Animi Pathemata ut & Veneris ludibria nimia, maximè hîc nocitura, rectæ rationis fræno coerceantur, ne breve illud gaudium dolorosa Cordis palpitatio longior consequatur.

## LVI.

Excreta & Retenta denique ad naturæ leges debito modo revocanda, præprimis hæmorrhoidum in aliquibus viris, menfium in fæminis fluxus folitus promoveatur, nec confvetæ narium hæmorrhagiæ impediantur, alvus fervetur lubrica, ita ut ægrotus ex ulu tàm Medicamentorum, qvàm R. R. N. N. amicè confipirantium, cum Sanitate priftinâ in gratiam redire

posite.

011. 11:0

### :36:] 31. [:36

Ordolium Morte est vebemens vibratio Cordis Qvam, Ayrere, eximiè mente manuq, levas. Non ob morbificam Tibi vim Cor palpitat, ausus Non tremor ambiguus corripit Ingenii. Sit Tibi porrò eadem Cordis constantia, quippe Terrorem Parcis incuties tremulum. Sic Pater in Nato vivet post fata superstes Sic Asclepiades Tu mibi verus eris.

> Hisce Nobiliff. DN. CANDIDATO &c. faventem uprecatur MAVRICIVS HOFFMANN, D. & P.P.

EUge, Decus Stirpis, Germenq;, AYRERE, Beati ENobile Principibus quondam chari Genitoris, Ingenii fcandens Cathedram rurfum exere dotes, Audiat ut Phœbus, vestigia clara Parentis Te premere & Medicam didicisse fideliter Artem. Præmia quò profint, posthac quæ larga capess Pulchraq;, crede mihi, hæc votorum summa meorum est.

> Inter occupationes applandens deproperation JACOBVS PANCRATIVS BRVNO, Phil. & Med. D. hujusq; Prof. Publ. & h. t. Decanus.

> > Quid

A YRERE Phoebi & Gratiarum corculum, Suprema mentem cura nunc versat Tibi, Vt palpitanti prabcas Cordi manum, Hujusą, motum ad ordinis leges voces: An Cordis officina patuit da dala, Et sine fenestra pettori à Momo data Pracordiorum abscondita penetralia Vidisti ? AMICE, prome porrò in pulpito Sermone dotto anima recessi intimos, Monstrad, nunqvam palpitare Cor Tuum ! In honorem Nobiliff. DN. CANDIDATI, felicems studiorum Medicorum catastrophen nacu, scripti animo qvam versu meliore JOHANN. MAVRICIVS HOFFMANN, Phil, & Med. D. hujusą; P. P. R:] 32. [: 38

Uid eft, & unde, Palpitatio Cordis? Quid ifte vult fibi tremor? Quid incertus Succuffus imi pectoris? Quid emota Sic concutit præcordia? Hæc Tuæ nobis Thefes, AMICE, non peracriter tantúm docteq; folvunt; fed malo fimul monftrant Tanto medelam: Quin, quod ex fequi verbis Defiftis, exemplo fubinde declaras Tuo: In Cathedra ne cui tremor Cordis Obtingat, hanc doctus fciensq. confcendat!

9 9 VI.CI.E

Disto

Ita Nobilifimi Clarifimiq DN. DOCTORANDI, laudibus honoribusq; fummis applaudit festinabundo calamo M. JOH. CHRISTOPH. STVRMIVS, P. P.

Cor mihi letitid saltat, succurrere cordi Te quando verbis audio, cerno stilo. Quin herbis facturus idem sis, tempore quovis Non dubito, cordis portio magna mei. Quin etiam quascund, voles depeuere noxas Officio serves singula membra Tuo, Sic precor S spero. Que nunc ego cogito, promam, Postquam materies bac mihi visa suit: Ut cor nobilior pars est in corpore; planc Tractari nequiit nobiliore manu.

FIJ

Novis honoribus Nobiliff. DN. CANDIDATI, Fautoris & Amici fui certiflimi ex animo applaudit

111

M. G. P. RÖTENBECCIVS, Alumn. Noric. & Oecon. Infpector.

C I S.